

M. VAL.

MARTIALIS

NOVA EDITIO.

Ex Museo

PETRI SCRIVERII.



LVGDVNI BATAVORVM,
Apud IOANNEM MAIRE.

clo, lo c. xix.

*Ex libris Petri Lambecij Hbr
Genl.*

M. VAL.

MARTIALIS

(ut vulgo creditur)

DE SPECTACVLIS

Libellus.

Epigramma I.

In amphitheatrum Cæsaris.

B

ARBARA Pyramidum sileas mir-
acula Memphis;
Assiduus iacet nec Babylona la-
bor;
Nec Trivia templo molles lauden-
tur honores;
Dissimuletque deum cornibus ara

frequens,

Aëre nec vacuo pendentia Mausolea,
Laudibus immodicis Cares in astra ferant.
Omnis Cæsareo cedat labor amphitheatro:
Vnum praecunctis fama loquatur opus.

II. In opera publica Cæsaris.

Hic, ubi sidereus propius videt astracolossus,
Et crescunt mediâ pegmata celsa viâ;
Irridiosa feri radiabant atria Regis;
Unaque iam tota stabat in Vrbe domus.
Hic, ubi conspicui venerabilis amphitheatræ
Erigitur moles; stagna Neronis erant.
Hic, ubi miramur velocia munera thermas;
Abstulerat miseris tecta superbus ager.
Claudia diffusas ubi porticus explicat umbras,
Ultima pars aule deficientis erat.
Redditæ Roma sibi est; et sunt, te prasido, Cæsare,
Deliciae populi, quæ fuerant Domini.

Vivebant laceri membris stillantibus artus,
 Inque omni nusquam corpora corpus erat.
 Denique supplicium dederat necis ille paterna,
 Vel domini iugulum foderat ense nocens.
 Tempia vel arcano demens spoliaverat auro,
 Subdiderat savas vel tibi Roma faces.
 Vicerat antiqua sceleratus crimina fama,
 In quo, quæ fuerat fabula, pœna fuit.

VIII. De Dædalo.

Dadale Lucano cum sic lacereris ab urso,
 Quam cuperes pennas nunc habuisse tuas?

IX. De rhinocerote.

Præstitit exhibitus tota tibi, Cæsar, arena,
 Quæ non promisti, prælia rhinoceros.
 O quam terribilis exarsit pronus in iras!
 Quantus erat cornu, cui pila taurus erat?

X. De leone qui gubernatorem offendit.

Laferat ingrato leo perfidus ore magistrum,
 Ausus tam notas contemnerare manus:
 Sed dignas tanto persolvit crimine pœnas,
 Et qui non tulerat verbera, tela tulit.
 Quos decet esse hominum tali sub Principe mores,
 Qui iubet ingenium mitius esse feris?

XI. De urso.

Præceps sanguinea dum se rotet ursus arena,
 Implicitam visco perdidit ille fugam.
 Splendida iam tecto cessent venabula ferro,
 Nec volet excussâ lancea torta manu.
 Deprendat vacuo venator in aëre prædam,
 Si captare feras aucupis arte placet.

XII. De sue quæ ex vulnere peperit.

Inter Cæsarea discrimina seiva Diane
 Fixisset gravidam cum levis hasta suam,
 Exsiliit partus misera de vulnere matris.
 O Lucina ferox, hoc peperisse fuit?
 Pluribus illa mori voluisset saucia telis,
 Omnibus ut natis triste pateret iter.
 Quis negat esse satum materno funere Bacchum?
 Sic genitum numen credite: nata fera est.